

Hic Tomus
seuentes illustris
CHRISTIANI HOMMIS
Dissertationes

continet:

1. Diss. de Trigâ casuum Halæ 1695.
2. — — 30. Isephs ex Jurevario ibid. 1697.
3. — — Jure iniusto bæredipetorum ibid. 1695.
4. — — Jure Principis circa adiutorium ibid. eod. ad.
5. — — inutilitate bocardi ci vulgaris quæ sunt
in territorio etiam responsum esse de bono
6. — — sensu legi decemviralis testamentaria ibid.
Tunc Halæ 1709.
7. — — captatoris institutionib⁹ ibid. 1696.
8. — — Jure circa pharmaco poitum 1697.
9. — — questione: ar bæredipetorum eod. ad.
10. — — officio Directorum et Ducum circularium
in executione sententiæ eod. ad.
11. — — Bonicidio Ligiae ibid. 1699.
12. — — pseudo-privilegio pupilli conventi con-
traria auctio negotiorum negotiorum eod. ad.
13. — — jure consuetudinis et obiectantie eod. ad.
14. — — protestatione facto contraria eod. ad.
15. — — Verdictus iuris magistrati circa sarcina
16. — — Legitima viventis 1700.
17. — — presentatione bonitatis eod. ad.
18. — — verâ pietate Juridicâ 1701.
19. — — interpretatione beneficiorum Principi
eod. ad.

20.

20. Ggd. Tomasi Diff. de culpa abbas redempti
terram praestitae Halle 1701.
21. - - - de pacto affectionis in resurgibili
non cadente Ibid. 1701.
22. - - Jure Principis Evangelici circa scieria
sepulta Ibid. 1702.
23. - - Orationem cuiusq; adimendis legitimam
Ibid. 1703.
24. - - Jurisdiction et magistratum offe
rentia secundū more Germariorū ed. dō.
25. - - de jure Detractionis 1709.
26. - - censu emigrationis 1687. magi
27. - - naturā pecunie Juridicariā 1710.
28. - - Scionā domini ed. dō.
29. ~~+++~~ Epistola amici ad amici occasione
Sipintionis inter appanagias et paragi
Ibid. 1710.
30. Ill. Hertii Diff. de contentia appanagia et
paragi Confrictione in Jap. Com. yd. 1709.
31. Ill. Crispj. Tomasi Diff. De origine processu
inquisitioni 1711.
32. Ggd. de occasione conceptione ac intentione
Constitutionis Criminalis Carolinae ed. dō.
33. - - pactio futurori spoliationi non faciat
Ibid. 1712.
34. - - ex poena viventium est infarante pro
absudae et abroganda 1723.

Wd. 25.

93.

34.

DISSERTATIO INAUGURALIS

DE

PACTIS
FUTURO RUM
SPONSALIORUM,

bon
Ja. S. Wört,

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WILHELMO
PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE BRANDENB. &c. &c.

Ex decreto & autoritate illustris J^ctorum ordinis
PRÆSIDE,

DN. CHRISTIANO THOMASIC
POTENTISSIMI BORUSSIAE REGIS CONSILIARIO INTIMO,
UNIVERSITATIS FRIDERICIANÆ DIRECTORE AC PROFESSORE
PRIMARIO, ET FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO,

PRO GRADU DOCTORALI,

Summisque, in utroque jure honoribus, ac privilegiis more Majori
legitime consequendis,

IN AUDITORIO MAIORI

ad D. 6. Jun. Anno MDCCXII. horis ante & pomeridianis,
publico Eruditorum Examini submittit,

JOHANNES EMANUEL Greiff,

SERVESTA ANHALDINUS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
T. I. JOHANNIS GRUNEBERGIANI.



59

DEUTSCHER INGENIEUR

DE

DEUTSCHER INGENIEUR

FÜHRER

IN

1822 - 1833

DEUTSCHER INGENIEUR

METALLURGIE

MINERALOGIE

PHYSIK

CHEMIE

PHYSIOLOGIE

ZOOLOGIE

PHOTOGRAPHIE

PHYSIK

PHOTOGRAPHIE

PHYSIK

PHOTOGRAPHIE



DISSERTATIO INAUGURALIS
DE
PACTIS FUTURORUM
SPONSALIORUM.
Bon
Fa-Sorte.
SUMMARIA.

Doctrina juris matrimonialis maxime confusa & intricata.
§. I. In specie doctrina de differentia tractatum nuptiarum,
sponsaliorum, & ipsarum nuptiarum §. II. Maxime
vero Doctrina de tractatibus nupcialibus eorumque pra-
dictis. §. III. Ut & in specie de tractatibus per pacta futu-
rorum sponsaliorum, das Fa-Wort. §. IV. Homonymia
des Fa-Worts. §. V. Historia morum Germaniae in con-
trahendis nuptiis. VI. Definitio padorum de sponsalibus
des Fa-Worts. §. VII. Differentia padorum nostrorum
et sponsalibus §. VIII. Non firmior presumptio pro meritis tra-
ctatibus, quam ex pactis nostris, aus dem Fa-Wort. §.
IX. In dubio etiam presumendum esse magis pro talibus
pactis, quam pro sponsalibus stricte distis. §. X. Dissidentes
nisi doctrinis Canonistarum evidenter falsis. §. XI. Ex sola

A

annus-

DE PACTIS FUTURORUM

annulorum datione & acceptione non præsumendum esse pro sponsalibus. §. XII. Effectus pactorum nostrorum, libertas pœnitendi sine expositione rationis. §. XIII. Quid juris intuitu arrbaram datarum. §. XIV. Rumpentes tractatus sponsalios nulli pœna civili subjacent. §. XV. Nisi legibus civilibus antea aliud caurum sit, ob ordinem & decorum in causis matrimonialibus observandum. §. XVI. Sponsus durantibus tractatibus sponsam stuprans ad eam ducendam juste cogitur. §. XVII. Origō pœnitentiae tractatibus sponsaliorum in foris nostris admittæ. §. XVIII. Non petenda ex jure Justinianeo. §. XIX. Neque ex ipso jure canonico, quantum pœnitentiam in sponsalibus de futuro permittit. §. XX. Sed idem tamen per excommunicationem & interdicendum alibijubet, sponsum & sponsam esse cogendos ad consummationem matrimonii. §. XXI. Rationes peculiares Lutheranorum. §. XXII (1) Authoritas Lutheri, pacta nostra sola pro verbis sponsalibus habentia. §. XXIII. (2) Usualis restitutio tractatum ad pacta, ubi consensus vel parentum vel sponsæ non adfuit. §. XXIV. Ad nostram tamen sententiam inclinat Chemnitius. §. XXV. Et Facultas Juridica Viadrina. §. XXVI. Item Facultas Juridica Hallensis. §. XXVII.

*Doctrina
juris
matrimonialis
maxime
confusa &
intricata.*



§. I.

I ullum juris caput, certe jus matrimoniale in universum maxime intricatum & confusum est. (a) Nec inter Pontificios solum; sed & inter Protestantes. (b) Imo quod mirandum, confusio inter Protestantes fere major est, quam inter Pontifici-

- (a) v. g. opud Sanchez, in *Opere de matrimonio* nulla prope occurrit quæstio, circa quam non sit dissensus inter Canonistas.
 (b) Docent hoc Sacerdii Corp. jur. matrimonialis: Plurima scripta

SPONSALIORUM.

3

tificios. (c) Causas hujus mali excutere nostri instituti non est, nec de tempore; nam veritas si unquam, ita certe in hac materia odium parit. (d)

A 2

S. II.

scripta in controversia *de matrimonio cum uxoris defuncta sorore;* Idem *de Polygamia:* Hieronymi Delphini *Collectedanea de Coniugio Eunuchi.* Hieronymi Bruckneri *Decisiones matrimoniales.* &c.

(c) Nam Pontificii suas conclusiones in causis matrimonialibus utcumque connectuat cum principiis & hypothesis suis, fundamenti loco positis. At apud Protestantes saepissime conclusiones in Consistoriis ex pontificiis doctribus defunctæ, retinentur, rejectis hypothesis, unde illi conclusiones illas deducebant. Sic notissimum est, in quotidiana Consistoriorum praxi regnare conclusiones multas, non nisi ex hypothesis de Sacramento matrimonio derivandas, quæ tamen protestantibus utriusque partis rejecta est. Multa eam in rem exempla allata sunt in peculiari Disputatione sub praesidio MAGNIF. ACAD. PRO-RECTORIS habita. Et credo adhuc plura non difficulter ostendi posse. Si nescio, an unquam Pontificii ex suis hypothesis eo erroris dilabi potuerint, ut statuerent, matrimonium Eunuchis esse permittendum. Sed apud nos tamen inventae sunt Facultates Theologicæ & Juridicæ pro licentia hujus conjugii respondentes. &c.

(d) V. g. Studium incaute exscribendi Autores pontificios. Neglectus studiorum humaniorum, genuinæ doctrinæ moralis. Nimium studium erga Patres Ecclesiæ quarti & quinti seculi, varie in doctrina morali pro infelicitate illorum temporum errantes. Sub pretextu pietatis vel orthodoxie quæsitum -- Sed vereor, ne vel sola recensio causarum, eti generalis, odium pariat; Ergo manum de tabula,

(e) Vi-

In specie do-
Brina de dif- necessarium, quam ut tractatus nuptiales, sponsalia &
ferentia tra-
nuptiæ evidenter secernerentur, (e) quod forte non me-
Basnum nu-
lius fieri poterat, quam per exemplum pactorum de
ptialium, spon-
saliorum, & vendendo, aut tractatum venditionem præcedentium,
ipsarum un-
venditionis ipsius, & traditionis solennis. (f) Interim quid
tiarum. notius

- (e) Videlicet propter diversos magni momenti effectus. A tractatis quælibet pars recedere potest, etiam invita altera, quia nondum aliquid determinatum convenit, quod obligationem & actionem producere posset; at vero in sponsalibus adeo consensus determinatus, adeoque unus dissensu impune non dissolvuntur ex communi conventionum natura, nuptiæ nec solo dissensu utriusque partis, iterum ex communi conventionum natura, quibus traditio accessit.
- (f) Tentavit id jam olim Dn. Præses in *dispus. Lipsiensis de coniugio iuvitis parentibus contracto* §. 5. seq. Notandum tamen, esse hoc saltem exemplum & simile illustrans, non probans, sed rationem saltem diversitatis inter hæc tria indicans. Scio equidem, matrimonium non esse contractum; sed tamen mallem, ut qui id inculcant, non plane a doctrina de contractibus in questionibus matrimonialibus recederent, quasi illæ ne quidem ex communib[us] principiis de conventionibus definire debeant, aut quasi definire possint ex hypothesibus, quæ principiis istis plane repugnant, v. g. quod tractatus sponsalitii unius dissensu dissolvi nequeant, (de quo in præsenti potissimum sum sollicitus) quod sponsalia ne quidem utriusque dissensu possint dirimi, item quod nuptiæ consummatae ne quidem communi consensu, aut ex gravibus causis, & adhibitis quamvis aliis solennitatibus aut consensu populi & principiis dissolvi queant, sub pretextu videlicet legis vinæ, a Clero pontificio in odium Laicorum & potissimum

SPONSALIORUM.

notius, quam infinitas contradictiones Doctorum & hic
occurrere. (g)

§. III.

In primis autem, quod tractatus nuptiales attinet, Maxime vero
nescio, quam ob causam Doctores doctrinam hanc valde doctrina de
supine & superficiarie tractent (h), aut plane omittant, tractatibus
vel etiam confundant (i) cum sponsalibus, cum tamen eorum que
ejus distinctior inspectio vel ideo omitti non debuisse, prudenter.

mum Regum ac principum vel plane fictæ, vel certe contorte explicatæ.

- (g) Scilicet quomodo differant nuptiae, connubium & matrimonium, nuptiae & sponsalia, sponsalia de praesenti & de futuro, item pura & conditionata, non solum ratione definitionum, sed & maxime ratione effectuum. Ubi-que opiniones communes contra communes; Ut perle-ctis iis, quæ JCTi, Canonistæ & Theologi de ea re dispe-rrunt, incertior semper recedas, quam accesseris.

(h) Fere falem inculcant, tractatibus nuptialibus nullam indu-ci obligationem: quinam vero sint tractatus & quænam sit eorum natura, & quam varia tractatum genera nihil invenies.

(i) Civilistis & Canonistis, unde & sua hausere Theologi, ni-hil in ore vel calamo, quam sponsalia & nuptiae, unde non posseunt non tractatus sponsalitii iplis sponsalibus immisce-ri, aut cum iis confundi; Cum tamen & Romanis olim hæc fuerint exadæ distincta. Sic Nonius. *Inter speratam, dictam & pactam hoc interest, quod virgo, priusquam pe-titur, sperata dicitur, debinc promissa vel pacta vel sponsa dici posset, Arnobius l. 4. contra gentes. Habent spe-ratas, habent pactas, habent interpositis stipulationibus sponsas. Adde Antonium Hottomannum de Vet. ritu nups. cap. 1. Francisc. Hottomannum de sponsalibus cap. 3. quam-vis uterque explicatione sua differentiam inter ista magis implicet.*

quod si unquam ullum negotium humanum
 (k) certe matrimonium maxime cautos & circumspectos tractatus præcedentes ex regulis prudenteræ communis requirat, (l) in tantum, ut si illi
 ne-

- (k) Imprudens merito habetur, qui in negotiis ad rem oeconomicam pertinentibus debitam circumspectionem non adhibet; der die Kake im Sacke kaufft. Unde proverbium: Wenn man die Narren zu Märkte schickt, so kauffen die Crämer Geld. Cum tamen in his negotiis tantum damnum non patiatur Respublica, quia quilibet poterit pro Iubitu rem sibi inutilem aut noxiā iterum abjecere vel alienare.
- (l) Quia hec societas individuam vitæ consuetudinem continet, id est, ut mores nostri explicant, nunquam dissolvendam, quam stulta & improba etiam coniux sit. Quid vero stultius, quam societatem inire indissolubilem sine prævia ac cauta circumspectione. Magna sane stultitia est, societatem inire mercatoriam cum homine, cuius mores non noveris, & tamen recedere poteris a societate, altero etiam invito, si ipsi interesse præstes, idque ex illa sola ratione, quod communio sit mater litium. Sed maritus uxorem, aut uxor maritum repudiare, aut ab eo divorzium facere nequit, etiamsi centies alleget, & evidenterissimum sit, societatem inimici cum inimico, stulti cum stulto, improbi cum improbo, aut etiam sapientis cum stulto esse etiam matrem litium. Ac apud Christianos hodiernos maior adhuc requiritur circumspectio, quam apud Judæos, Ethnicos, aut Christianos priorum seculorum. Videlicet Judæis licita erant divorzia; quamvis ex gravibus causis. Romani antequam doctrinam Christianam reciperen, maior adhuc licentia, quam Judæi, repudiabant uxores, aut a viris recedebant; Et postquam Christianorum nomine insigniebantur, diu retenta fuit solutio-

SPONSALIORUM:

neglicherentur & Principis, (m) & Doctorum Eccle-

tio matrimoniorum bona gratia, cum primus Iustinianus
eam sustulerit; imo in Gallia Anno 1150. adhuc sub Ludovicō VII. divortium bona gratia, quamvis non ex qualibet causa, in usu fuit. vid. Launojus *de Regia in matrimonium potest.* Part. 2. art. 2. Cap. 2. p. 327. & cap. 6. p. 365.

- (m) Valde enim turbatur respublica, si repleatur conjugiis male coherētibus, ubi coniuges odio mutuo laborant, per impossibilitatem solutionis sēpius non diminuto, sed audito. Eo ipso etiam pervertitur soboles, aut certe pes-
fime educatur, ac ad perpetua dissidēria exemplo quotidiano parentum animatur. Huic incommodo vēro præ-
caveri potest, si cauti tractatus præcedant. Quod si id neglegatur, ex duobus mediis unum erit eligendum, vel ut permittatur divortium, sive bona, sive mala alterius gratia, cum poena perpetui consortii cum extreme stulta aut improba nullam habeat proportionem cum commissa imprudentia negligētorum tractatuum; vel ut matrimonia neglectis tractatibus præcedentibus sint ipso jure nulla; At prius ex hypothēsi doctorum non potest Princeps; Ergo remanet posterius. Q. E. D. Poste vero principem pro utilitate Reipublicæ ponere certa requisita iustarum nuptiarum, quibus negligēti matrimonia pro nullis declarantur, ex Protestantibus sive Theologis sive JCTis nemo negabit, cum id thema adversus impudentissimos Papæ & papatus adulatores peculiariter opere modo citato demonstraverit Launojus, utpote quod de non alia regia in matrimonium potestate agit, quam de iure secularium Principum Christianorum in sanciendis impedimentis matrimonium dirimētibus. Quod vero inter illa impedimenta nunquam legatur collocata fuisse causa negligētorum tractatuum præcedentium, id ideo s. Etum, quod tractatus nunquam a populis quibusvis fuerint negligēti, & quod confusio tractatuum cum sponsalibus magis videatur esse adscribenda novioribus temporibus.

DE PACTIS FUTURORUM

siæ (n) aut certe J^Ctorum (o) officium postulet, ut ille neglectus coerceatur, aut nuptiæ vel sponsalia sine præ-

(n) Etsi enim matrimonii tanquam negotii mere secularis doctrina videatur esse relinquenda solis Politicis, cum tamen apud pontificios hypothesis de sacramento matrimonii, articulum de matrimonio articulis fidei adscriperit & Doctores pontificii in expositione Scripturæ Sacræ, de matrimonio loquentis, sibi solis, aut certe Papæ suo interpretationem tantum non authenticam vindicent & postea apud protestantes passim Theologi ad Consistoria furerint exhibiti, iisque ordinarie relinquenda sit, etsi non cum exclusione reliquorum, interpretatio rationalis & doctrinalis textuum scripturæ sacræ; & ICtos præterea deceat suo exemplo aliis præire, ac bona sua amicis esse communia putare, neminque invidere, imo potius optare, ut quilibet sapiens, prudens ac juris peritus esset; merito etiam apud protestantes Theologi a doctrina causarum matrimonialium excludendi non sunt.

(o) Non quod J^Cti intendant, in principum jura ac regalia involare, aut eos in regimine reformatre, aut Theologorum circulos turbare, sed quoniam doctrina regiminis politici, quam diu Philosophi in sola expositione librorum politicorum Aristotelis occupati sunt, aut ideis Reipublicæ cuiusdam Platonicæ unice delectantur, & Dni Theologi, dicti Salvatoris Math. 20. v. 25. & 26. memores, negotiis secularibus se non immiscent, Medici vero sanitatem corporis humani vel conservandam vel restituendam præ oculis habent, præcipue J^Ctis curæ esse debet arg. §. fin. proœm. Inst. Quamvis iterum J^Cti grata mente agnoscant, si vel Medici etiam (& multo magis Doctores aliarum Facultatum) exemplo celeberrimi olim, & de emendanda politica aut ipsa iurisprudentia immortaliter meriti Conringii sana hic consilia suppeditent.

SPONSALIORUM.

præcedentibus tractatibus prudentibus inita nulla vel
irrita declarantur. (p)

§. IV.

Cum autem tractatum de futuris sponsalibus & nu-
ptiis varia possint esse genera, (q) non quidem animus est
hoc loco de natura & modis omnium talium tractatum

*Ut & in spe-
cie de tracta-
tibus per pa-
pa futuro-
rum sponsalo-
rum, das Ies
Wort.*

- (p) Rationem repete ex modo dictis sub lit. M.
(q) Vel certe gradus. In omnibus conventionibus tales tra-
ctatus præcedere possunt, qui singuli suos distinctos gra-
dus habere possunt, & sæpe per longum temporis spati-
um durant. Sine dubio vero tamdiu durare censemur,
donec partes de negotio, super quo tractarunt, conve-
nerint. Ita v. g. in emtione venditione non solum tra-
ctatus sunt, si emtor offerat se ad emtionem ædium, & ex
venditore querat, an eas vendere velit, vendor autem
spatium deliberandi petat, sed etiamsi postea vendor
dicat, se velle vendere ædes, & emtor rursus declaret, se
eas velle emere, manent tamen adhuc tractatus, donec de
pretio & merce distincte convenerint. Hoc vero sup-
posito, mirandum, quod Dd. in causis matrimonialibus, dum
de tractatibus agunt, solum illud tractatum exemplum
afferant, si masculus declaret, quod velit scemina in ma-
trimonium ducere, & scemina aut eius parentes petant
spatium deliberandi. Carpzov. *Iurispr. Eccles. lib. 2. Tit.*
2. Def. 18. Bruckner. *decis. matrim. c. 1. n. 13. seq. pag. 39.*
Cum hic sit saltem primus tractatum gradus. Etenim
nondum adsunt sponsalia vera seu promissio de matrimo-
nio, si parentes scemina, vel etiam ipsa scemina
post elapsum deliberandi spatium annuat, quamdiu
videlicet fides conjugalis perspicue non est promis-
sa. Quænam vero sit ratio illius erroneæ opinionis,
quæ putat, tractatus hoc ultimo casu mutari in con-

DE PACTIS FUTUORUM

agendi, sed in specie acturi sumus de pactis futuorum sponsaliorum, quae moribus nostris vocari solent das Ja-wort. Sed & in hac specie tractatum explicanda cum Doctores communiter eandem negligentiam vel confusionem committere soleant, veniam spero, si alicubi lapsus fuerо, cum neminem hic praeuentem deprehendere potuerim, sive ex ICtorum sive Theologorum ordine (r), cum

tractum matrimonii, patebit ex sequentibus. Alia exempla tractatum vide apud Carpzov. Lib. 2. def. 174.

- (r) Apud solum Magnif. Dn. Titium deprehendi distinctionem des Ja-Worts von der Verlobung: cuius verba propterea non pigebit adscribere, ut exinde appareat, qua in re conveniamus vel non. Ita vero in der Probe des geistlichen Rechts L. 4. c. 1. §. 6. Was die Beschaffenheit des vorhergehenden Vergleichs oder Abrede (in die Eheliche Gesellschaft zutreten) anlanget, kan man sich selbige nach unterschiedenen Graden oder Stufen vorstellen. Es können sich zwey Personen nur (1) in einige tractaten einlassen, ohne sich zu verbinden, welches die Anwerbung heist; oder Sie können (2) sich so viel erklären, daß Sie sich verloben wollen, welches das Ja-Wort pflegt genennet zu werden, und ist nichts anders als pactum de sponsalibus. die Zusage der Verlobde, oder (3) noch näher verknüpfen, indem Sie einander zu heirathen versprechen, welches man die Verlobniß nennen kan, oder (4) sich gänzlich als Eheleute verbinden, auch darauß einander ehelich beywohnen, welches die Hochzeit, Heyrath oder Ehe kan genennet werden. Alter locus est ibid. §. 32. was die Wirkung der Verlobniß anlanget, so ist davon mit Unterscheid zu urtheilen (1) die heimlichen, oder von einem unmündigen gehaltenen Verlobnußen sind nicht verbindlich (2) bey den öffentlichen sind unterschiedene Stufen zu unterscheiden. Wenn es blosse Tractaten gewesen, so haben

SPONSALIORUM.

II

cum tamen materia ipsa in quotidiana & viridi sit obser-
vantia. (s)

§. V.

Cum vero sponsa & in pactis de futuris sponsalibus & in ipsis sponsalibus, & denique in solennitate nuptiali annuat, ante omnia vox das Ja-Wort ab homonymia est liberanda. Vel enim sumitur pro consensu nuptiali, (t) vel pro sponsalitio, (u) vel denique pro consensu super pacto de futuris sponsalibus, qui significatus est huius loci.

§. VI.

ben Sie keine Verbindlichkeit: Das Ja-Wort aber und die Verlobniss seynd verbindlich, und erfodern dasjenige, was versprochen ist. Quid nos de hac ultima assertione sentiamus, apparebit ex infra dicendis.

- (s) Unde notanter dicit Dn. Titius. Welches das Ja-Wort pfleget genennet zu werden. Etsi enim non semper, sed epissime tamen talia pacta de sponsalibus futuris precedunt ipsa sponsalia.
- (t) Huc pertinet formula ap. Lutherum in Catechismo. Hans wilt du Gretten haben, dicat. Ja. Grete willst du Hansen haben, dicat. Ja. Hic tamen significatus des Ja-Worts non nisi abusivus est, & communii usu non receptus.
- (u) Huc pertinet Responsum ap. Carpzov. lib. 5. Tit. 16. resp. 102. Ob wohl sonst in andern Contracten die Neue, wann solche bey beyden Theilem vorhanden, zu gelassen, und der einmal geschlossene Contract wohl wiederum aufgehoben, und dissolviret werden mag; Dieweil es aber dennoch mit dem Ehe-Gelobniß viel eine andere Gelegenheit hat, und dasselbe, wann beyde Theile in Beyseyn der Zeugen Ihr redliches und beständiges Ja-Wort von sich gelassen, durch göttliche Ordnung dermassen verbindlich gemacht wird, daß es von denen Contrahenten nicht aufgehoben noch dissolviret werden mag. ic.

§. VI.

Historia morum Germaniae in contrahendis nuptiis. Igitur moribus Germaniae communiter receptum est, ut quo cautius & circumspectius societas illa indissolubilis ineatur, præcedat sollicitatio nuptiarum vel oblatione die Anwerbung a sposo, vel ejus parentibus aut amicis apud sponsam vel ejus parentes aut cognatos turosse, tum sequatur assensus parentum sponsæ vel ipsius sponsæ das Ja-Wort/ tum post aliquod intervalum sponsalia die Verlobniss/ tandem subsequantur nuptiæ ipsæ die Heirath-oder Trauung. (w) Ex hisce vero facile dari potest definitio pectorum de sponsalibus futuris dæs Ja-Worts.

§. VII.

Definitio pactorum de sponsalibus des Ja-words. Est igitur pactum de sponsalibus (x) conventio mutualia futuri sponsi & sponsæ (y), qua præecedente com-munitur

- (w) Unde & ipse sponsus varia accipit nomina; respectu der Anwerbung dicitur ein Freyer, respectu des Ja-Worts, ein Liebster, respectu sponsaliorum ein Bräutigam, respectu nuptiarum ein Chemann.
- (y) In negotiorum humanorum mire variantium definitionibus non querenda est æquifera logica, sed tales definitiones sunt admittendæ, quæ concepræ sunt secundum id, quod ut plurimum fieri solet, ut distinctius patet ex sequentibus.
- (y) Dico futuri; quia sponsus & sponsa sunt demum per sponsalia. Et hinc in sequentibus, quoties sponsi & sponsæ vocem simpliciter hic usurpamus, subintelligimus semper terminum futuri vel futuræ. Neque enim alium terminum receperunt Dd. qui de hac materia loquuntur, adeoque in latino sermone recepto non habemus terminum, qui corresponteat Germano Liebster und Liebste. Nam amasius & amasia & noua & non recepta sunt.

(z) Com-

SPONSALIORUM.

13

munitur sollicitatione ex parte sponsi (z) vel per se
(a) vel per alias (b), parentes sponsæ (c) & ipsa etiam
spon-

(z) Communibus enim moribus gentium receptum, ut ob
maiorem pudorem & castitatem in sexu fœminino requi-
stam, vir sibi sponsam querat, non fœmina sponsum,
daß die Weibes Personen nicht freyen, sondern sich freyen las-
sen. Non tamen dictamini rectæ rationis & iuri naturæ
strictè sic dicto repugnat, si fœmina ex honesta intentio-
ne sibi querat maritum. In iure gentium enim pro mo-
ribus (von der mode) accepto regulæ multas admittunt ex-
ceptiones.

(a) Quod, et si non ita frequenter fiat, si tamen fieri possit
commode, valde est commendandum. Ut enim in hoc
negotio maximi momenti & præiudicij cauendum est,
ne aliorum consilia seponantur, ita tamen nec solum
alienis oculis hic est videndum, cum alias quis facile deci-
pi possit per ipsos consulentes, sive dolo sive bona fide
pupillas, cognatas, aut ubi aliud, et si occultum, interes-
se habent, commendantes, vel etiam ex suo gusto iudican-
tes de gustu futuri sponsi. Et hoc intuitu priuati in meliori
conditione fere sunt positi, quam ipsi principes, cum apud
hos ratio status postulet, ut fere tantum alienis oculis vi-
deant, & saepè non solum pœna de futuris sponsalibus, sed
& ipsa sponsalia & nuptias benedictione sacerdotali con-
summatas alieno ministerio peragant, quo pacto sœpius
matrimonium principalium eventus tristis & infelix est,
etiam ipsis ministris, negotia illa tractantibus, ut illustre
exemplum præbet Thomas Cromvelius, ob infaustum
matrimonium Henrici II. Angliæ Regis cum Anna Cli-
vensi, cuius mediator fuerat, Regis sui gratias excidens.
Neque adeo vitio vertendum Carolo I. Regi Angliæ, (si
modo intuitu aliarum circumstantiarum regulæ pruden-
tia non suassissent aliud,) quod matrimonium cum Philip-

B 3

pi II.

DE PACTIS FUTURORUM

pi II. Hispaniae Regis Filia, seposita paulisper status ratione non per solos patris legatos tractari, sed ipse futuram suam sponsam, eiusque mores distinctius & proprius intueri vellent. Sed & in ipsis tractatibus interest sponsorum, ut aliis personis intermediis non nimis fidant, ac sic datum irreparabile paciantur. Exempli loco potest esse casus, quem proponit Petrus Müllerus de annulo pronublo th. 24. de Sempronio, qui a Cajo rogatus, ut ipsi amorem apud Pomponiam dato annulo in fidem coniugalem conciliaret, annulum non dantis, sed suo ipsis nomine offert, atque sic alteri dolo malo sponsam speratam intercipit. Dico damnum irreparabile. Nam et si Müllerus ibidem actionem furti intentu annuli, & nescio quam ad interesse (ob interceptas simul virginis, v. g. 20000. Imperiales in bonis habentis divitias earumque possessionem & usum) vel actionem injuriarum videatur commendare voluisse, revera tamen ex neutra harum reparationem damni in dato casu sperari potuisse, cui libet negotiorum humanorum & eventus actionum judicialium sagaciiori inspectori facile ad oculum pater.

- (b) Nam non solum decorum, sed & prudentia saepe postulat, conditiones interpositis aliis personis expediri, sive ante pacta, de quibus loquimur, sive post eadem ante sponsalia, ubi de pactis dotalibus agitur; Saepe enim ea, quae alias tam libere de virtute vel quantitate dotis monenda sunt, ob pudorem ab ipso sposo non tam libere proponerentur. add. l. ult. in fin. de sponsal. Cavendum tamen, ne mulierculæ pronubæ absque iudicio adhibeantur, quæ primariam in vita curam suam eo intendunt, ut quoslibet cum quibuslibet sperato inde lucello coniungant. Dass sie die Leute zusammen koppeln. Müller d. I. Discuntur personæ illæ intermedie circa pacta, de quibus tractamus. Greywerber; An etiam Paronymphi, ut Lexicographi quidam volunt, an vero Paronymphi magis denotent Brautdienere, inter quos & Greywerber magna

sponsa (d) annunt (e) ejus desiderio, & annulos ~~aut~~
alias

gna differentia, Grammatici viderint conf. tamen *cap. t. 4.
§. C. 30. q. 5.* Alii ex ritibus nuptiarum huc applicant au-
spices. Müller *d. l.* ast ~~et~~que improprie.

- (c) Maxime, si sponsa sit virgo, non vidua, quoniam videlicet & apud Germanos suo modo parentum consensus ad sponsaliorum validitatem requiritur, & decorum adeo po-
stulat, ut eorum assensus ad pacta prius expectatur, quam ipsius sponsæ futuræ.
- (d) Nam etiamsi centies parentes sponsæ assensum suum ad pa-
cta de sponsalibus dent, haud dubie tamen iste solus as-
sensus ad tractatus pertinet, si ipsa sponsa futura absens sit,
& non annuat ipsa.
- (e) Annuere hic est Ia sagen, das Ia-Wort von sich geben.
Die Frey-Werber holen das Ia-Wort, der Freyer hat das
Ia-Wort (von Vater, Mutter, der Liebste &c.) bekom-
men. Quodlibi non annuat, dicitur den Korb kriegen, &
sponsa, quae annuere non vult, den Korb geben, phrasii no-
bis propria. Noti sunt versus Macaronici, ni fallor, Taub-
manni.

Armermannus ego per corbem fallere cogor

Cor mächt in tausend springere frustra mihi.

Neque prædictatur hoc Korb geben & Korb bringen de eo casu, quando post pacta hæc nuptialia vel sponsalia, aut post sponsalia nuptiæ non sequuntur, sed solum de casu, ubi denegatur sollicitanti pacta de futuris sponsalibus as-
sensus ex parte sponsæ. Sed quæ ratio, quod masculis ut aliqua, quamvis levis, ignorinia imputetur, si assen-
sum parentum sponsæ, & multo magis, si ipsius sponsæ im-
petrare nequeunt zum Ia-Wort, quam si post datum
Ia-Wort sponsa recedat? An ideo, quod indicium magnæ
imprudentiæ aut præsumptionis de se ipso sit, si quis con-
jugem quærens per viros honestos sollicitet quasi solen-
niter

alias arrhas mutuo sibi tradunt (f) ea intentione , ut
utra-

niter istum assensum, antequam de responsione favorabili certior factus fuerit? An ideo, quod videatur esse homo nullius momenti, cum quo fœminæ ne quidem tractatus de sponsalibus futuris suscipere volunt?

- (f) Cum nullum sit dubium, annulos dari posse & solere dari & in consummatione nuptiarum, & in sponsalibus, & in pactis de futuris sponsalibus, atque adeo annulos ejusmodi esse triplicis generis, *Ga-Worts-Ringe*, *Verlobniss-Ringe und Etrau-Ringe*, nescio, an condonandum sit ICtis, quod hactenus annulos sponsalios & annulos, qui in pactis de futuris sponsalibus traduntur, a se inyicem non distinxerint. Ita Mullerus in *Tr. de Annulo pronub.* quem ipse in Titulo opusculi interpretatus est *vulgo von Ga-Wort und Etrau-Ring*, multipliciter erravit. (1) Quod omiserit den *Verlobniss-Ring*, eumque cum *Ga-Worts-Ring* confuderit. (2) Quod illam confusionem vulgo ineruditio adscripsiterit, cum tamen illa confusio magis adscribenda sit ICtis, etiam eximiis, & qui vulgo eruditorum accenserit volunt. (3) Quod ad annulum pronubum etiam retulerit den *Etrau-Ring*, cum tamen hic detur tempore consummatarum, aut in momento (quod semper in moralibus latitudinem habet) consummandarum nuptiarum. (4) Quod annulum pronubum explicuerit & in titulo & *thesis 5. n. 6.* de annulo tempore pactorum, de quibus agimus, dato, von *Ga-Worts-Ring*, cum tamen ipse locus Tertulliani ab ipso adductus cum docere debisset, quod annulus pronubus in illis locis denotet annulum, tempore sponsaliorum a sponso sponsæ datum den *Verlobniss-Ring*, uti & ipse Mullerus videtur agnoscere *ib. 6. n. 7.* Conf. *KIRCUHMANN. de annul. c. 18. pag. 186. seq.* (5) Quod *d. n. 6.* annulum fidei ex capit. *Nostrates 3. L. 30. q. 5.* reddiderit den *Etrau-Ring*, cum tamen pariter verba

SPONSALIORUM.

17

traque pars contrahentium, subsecuta honesta conversatione, de alterius moribus certior fiat, (g) vel etiam, ut tra-

C

tent

verba capituli ibidem allata doceant, & per hunc annum intelligi ibi annulum, sponsaliorum tempore datum, den Verlobniss-Ring &c. Annulus igitur, qui in pactis de futuris sponsalibus aliquando a sposo, rarius etiam a sponsa datur, proprie der Ja-Worts-Ring, non est symbolum fidei vel sponsalitiae vel nuptialis, sed datur sicut in amoris auctiump, qualis mos annulos dandi a KIRCHMANNO d. l. p. 198. variis exemplis ex Plauto, Terentio & Ovidio declaratur.

(g) Haud dubie ea fuit intentio primaria Veterum Germanorum, qui haec pacta de futuris sponsalibus adhuc in medio papatu moribus introduxerunt, ideo quod viderent, societatem conjugalem ita indissolubilem esse, ut etiam ex gravissimis causis, excepto adulterio, conjugibus non recedere licaret a se invicem, imo ex principiis juris Canonici tum unice approbatis, conjugium ne quidem ob adulterium dissolvi quoad vinculum. Etsi enim virgo vel vidua moribus talibus praedita sit, quemadmodum honestis personis virilis sexus maxime placeant, facile tamen contingerre poterit, ut propter diversitatem temperamentorum huic vel illi sposo illi sint intolerabiles, & ex iis postea per societatem indissolubilem subsecutam odium plusquam Vatinianum, ex communi conditione humani generis, oriatur, de quo testatur illud Poetæ, quod in omnium ore est:

Non amo te Volusi, nec possum dicere quare,

Hoc saltem possum dicere, non amo te.

Accedit, quod regulariter homines, & potissimum sexus foemineus magis ad dissimilandum a tenera educatione adiuetus, in panticoribus illis conversationibus publicis dissimulet mores, etiam non laudabiles, qui ita in continuata

Etent de pactis dotalibus, (h) quæ regulariter sponsalia antecedere debent, (i) & tum, si constituerit de morum ad societas-

tinuata conversatione paululum familiari sic dissimulari nequeunt, v.g. nimia avaritia, prodigalitas, ambitio, luxuria, invidia &c. Eadem est ratio sexus virilis, utpote qui pariter talibus moribus vel vitiosis & haec tenus dissimulatis vel etiam honestis, sed sponsæ moribus (etiam honestis) valde alienis, praeditus esse potest: Nam haec tenus utriusque contrahentium par & æqualis debet esse conditio, Fateor equidem, a paucis talia pacta in euntibus hanc intentionem majorum nostrorum attendi, nec etiam in jure canonico, quantum nobis constat, aliquid de ea intentione reperiri, ast tamèn tales postea non habent etiam justam conquerendì occasionem, si prudentia debita non usi, volentes, vel supine negligentes societatem conjugalem in eunt cum personis, quas postea dicunt se amare non posse. Quod vero ius canonicum ea de re nihil disponat, non mirandum, utpote quod totum magis intendit, per matrimonium laicorum conscientiis laqueos indissolubiles injicere, quam secundum regulas communis prudentiae viam ipsis monstrare ad matrimonium cautele ineundum.

(h) Hujus intentionis etiam in jure canonico sit mentio. Huc enim pertinent can. nosfrates. 3. C. 30. q. 5. in verbis: *dote utriusque placitam traxiderit. & cap. nullam sine dote fiat conjugum* & ibid.

(i) Nam uti in emtione & venditione difficillime post conventionem de re & pretio, seu contractum perfectum partia adjiciuntur, sed regulæ prudentie exigunt, ut de pactis adjiciendis in ipsis tractatibus precedentibus mentioniat; Ita quoque de pactis dotalibus omnium optime & secundum ordinem negotiorum humanorum ante sponsalia, utraq[ue] pars convenire debet, cum post fidem in spon-

SPONSALIORUM.

HG

19

cietatem indissolubilem necessaria convenientia, vel etiam, si de pactis dotalibus convenerint partes, (k) ut sponsalibus rite celebratis sibi invicem fidem conjugalem suo tempore benedictione sacerdotali & concubitu carnali consummandam, solenniter promittant. (l)

g. IX.

Sequitur autem ex definitione nostra, quod pacta, *Differentias
de quibus agimus, & sponsalia toto cœlo differant,* (m) *pactorum no-
tiorum o-
ad-
sponsalibus.*

C 2

sponsalibus simpliciter datam intempestivum sit, si pars alterutra cum demum conditions adjicere velit; Et si id vel maxime aliquando contingat, vix tamen sine suspicione fraudulentæ aut illaudabilis aliquujus persuasionis contingere solet, unde *in d. can. 3.* dicitur, quod pacta dotalia in ipsis sponsalibus debeant mutuo exhiberi.

- (k) Et vice versa, si partes morum convenientiath non prehendant, vel etiam de pactis dotalibus convenire nequeant, ut tunc utraque pars aut alterutra absque alterius injuria & contumelia, negotium intentatum rumpere possit; Alias enim frustraneus esset finis horum pactorum.
- (l) Adde iterum *d. cap. III. c. 30. qu. 5.* Ubi etiam recte in fine additur, *non esse peccatum, si haec cuncta in nuptiali fædere non interveniant.* Unde & moribus nostris variæ circumstantiae occurtere possunt, ut sponsus & sponsa, si jam notitiam mutuam animorum habeant &c. absque talibus precedentibus statim sponsalia celebrant, futuris nuptiis consummada; aut, ut post pacta nostra & conventionem de dote absque sponsalibus solennibus precedentibus statim transeant ad denunciationem publicam & benedictionem sacerdotalem.
- (m) Nam in sponsalibus fides conjugalis utirnque datur & promittitur. Sie sagen einander eheliche Liebe und Treue zu, bis auf priesterliche copulation. In pactis des Ja-Worts, de-

clz-



adeoque pacta nostra nil, nisi tractatus sint (n) de futuris sponsalibus, vel nuptiis, (o) & sic non nisi impro-
prie sponsaliorum nomine insigniri possunt, (p) aut si ea
sponsalia nominare placeat, saltem pro sponsalibus de
futuro sint habenda, de quorum natura alias varie dis-
sentient Doctores. (q)

§. IX.

clarant saltem, quod intentionem habeant nuptias vel
sponsalia contrahendi, Sie hätten eine eheliche affection
oder inclination gegen einander.

- (n) Quod probat tota definitio haec tenus latius exposita.
- (o) Cur addiderim hæc verba: *vel nuptiis*, exponent modo
dicta *sub Lit. L. in fin.*
- (p) Nam sponsalia non sunt tractatus. Unde recte monet
Franciscus Hotmannus *de sponsalibus cap. 5. p. m. 308. seq.*
tres quasi gradus constitui Christianarum nuptiarum, tra-
ctatus (quorū pertinent nostra pacta) sponsalia, & nu-
ptias: & postea c. 6. p. m. 379. seq. docet, sponsalia non
recte comparari cum pacto de vendendo, sed differre a nu-
ptiis, tanquam contractum emtionis & traditionem.
- (q) Distinctio inter sponsalia de futuro & de præsenti inco-
gnita est iure civili, sive secundum hoc ius omnia spon-
salia sint de præsenti, sive omnia de futuro (quorum
vtrumque dici ac defendi poterit, modo homonymiam
nuptiarum tollas.) Interim dissitieri non possumus,
distinctionem illam nisi expressis textibus juris canonici
cap. 22. & 31. X. de sponsal. et si Franc. Hotmannus *d. c. 6.*
eius distinctionis inventionem adscribat Doctoribus scho-
lasticis & Petro Lombardo. Conf. Bruckneri decis. ma-
trimon. c. 1. n. 3. p. 35. Sed harum quæstionum distin-
ctioni excusio ad dissertationem nostram non pertinet,
cum de sponsalibus hic non nisi obiter agamus. Interim
tamen sufficit, quod Theologi & JCTi protestantes in asser-
tione

§. IX.

Solent alias Dd. subtiliter disputare, an in dubio præsumendum sit, matrimonium an sponsalia fuisse contracta. (r) Pariter quæri posset, an in dubio præsumendum sit, sponsalia fuisse declarata, an vero nudos tracta-

*Non firmior
præsumtio
pro meritis tra-
ctatibus quam
ex paciis no-
tus suis aus dem
Sa. Wort.*

C 3

tione in thesi posita, nobiscum convenienter. Sic enim Carpzovius in Jurispr. Eccles. lib. 2. def. 174. n. 3. & 6. sponsalia de futuro, abstrahendo a jure canonico, recte applicari posse ad tractatus de sponsalibus assertit, & ita retinenda esse cum Gerhardo ibidem citato arbitratur. Consentit Martinus Chemnitius loco de conjugio c. 1. p. 197. *Vocantur, inquit, usitate sponsalia de futuro, quæ per verba de futuro concipiuntur, ut promitto, quod accipiam, ducam te in uxorem vel maritum, & dicuntur tractatus de futuris nupiis celebrandis &c. ubi postea rem declarat simili de pacto de vendendo.*

- (r) Ut Carpzovius lib. 2. def. 17. n. 10. qui pro matrimonio præsumendum esse assertit. 1.) *Quesitionem ipsam non intelligo, si loquatur de sponsalibus de præsenti; nam sponsalia de præsenti & matrimonium, ut dixi, differunt ut emtio & traditio. At traditio facti est, & non præsumitur; sic nec benedictio sacerdotalis aut concubitus præsumuntur, et si partes fidem conjugalem sibi promiserint. 2) Nec probatur Carpzovii sententia per adducta ab ipso capitula 7. & 26. X. de sponsal. Nam prius saltem dicit, verba obscura (in sponsalibus) accipienda esse secundum communem significatum. Posteriorus autem sententiae Carpzovii plane contradicit, quamvis Pontifex casum ibidem propositum maxime irrationabiliter definiverit, 3) adducit Carpzovius regulam juris civilis; in dubio interpretationem faciendam contraeum, qui clarius loqui debuisset; sed nec hæc applicari potest*

com-

DE PACTIS FUTURORUM

tus initos. (s) Nos simpliciter asserimus, pro neutris regulariter præsumendum, sed videndum, quid actum sit. (t) Ex ipsis tamen conjecturis, quæ ab aliis non inepte pro tractatibus afferri solent, (u) nulla nobis vindetur fortior, quam si constet, quod sine diserta promis-

commodè ad quæstionem præsentem; Nam si res obscurata sit utrobius, quis est ille, qui clarius loqui debuisset; An sponsus, an sponsa?

- (s) Nam forte & Carpzovius hanc quæstionem in mente habuit: An in dubio præsumenda sint sponsalia de futuro, an sponsalia de præsenti, seu consensus matrimonialis? Et posterius affirmandum esse putavit. Sed hic eadem recurrent responsiones ad eius rationes. *Concordomino Beustius de sponsalibus cap. 9.*
- (t) Vti v. g. in emtione & venditione, si queratur: an in dubio præsumenda sit entia, an pactum de emendo? Quid hic respondebis. Secundum regulas bonæ interpretationis nil aliud, quam videndum esse, quid actum sit.
- (u) Ita Chemnitius d. I. *Sponsalia de futuro remotis verborum cavillationibus, ex hisce considerationibus dijudicari possunt.* (1) Si verba plana & manifesta sunt, quod non purus, absolutus, & præsens, sed suspensus consensus fuerit, scilicet, quod disertam exceptionem annexam habuerit, nondum velle se prorsus obligari, sed liberum debere esse, vel uni, vel utriusque parti, ut retrocedat; Vel quando contractus suspenditur cum tali additione, velle partes ea de re convenire & agere, ut certi quid concludatur & statuatur. (2) Si postea in ipsa translatione & actione, priusquam certi quid concludatur & statuatur, aliquid interveniat, ut actio prorsus intermittatur vel abrumpatur. (3) Consideretur ex circumstantiis, an partes iunc voluerint non absolute certi aliquid constitvere, sed tale quid, quod

SPONSALIORUM.

23

missione fidei conjugalis saltem partes sibi invicem annuerint, daß sie einander das Ja-Wort gegeben. (w)

s. X.

Imo si vel maxime regula de eo, utrum in dubio sponsalia de futuro, an de præsenti præsumenda sint, formanda esset, docet dictamen rectæ rationis, in dubio potius præsumenda esse sponsalia de futuro seu pacta, de quibus agimus, esse celebrata, quam sponsalia stricte

In dubio ergo iam præsumendum esse magis pro rationibus pacis, quam pro sponsalibus stricte didicis.

quod postea posset, si causa incidet, etiam addita multa, mutari. (4) An deliberato animo contractus vel pactio ita facta sit, quod voluerint partes, nascit obligacionem, & nexus coniugalem, vel ut effet initium coniugii. (5) Sponsalia, quæ non pure, sed sub conditione honesta & possibili contrahuntur, cui: si parentes consenserint: si volueris expeditare tot annos: si dotem numerare poteris: si testimonium vel natalium vel episcopii honesti offerre possis) ante conditionis impletionem non parunt efficacem obligationem, sed sponsalibus de futuro equiparantur. Effectus enim suspenditur in euentum conditionis. (6) De sponsatio impuberum juris interpretatione inter sponsalia de futuro censetur, nisi puberes facti proprio consensu illa rata babuerint: mutuus enim consensus requiritur. Uti vero peculiares Dissertationes requirunt ea, quæ hic Chemnitius n. 5. & 6. de sponsalibus conditionatis & de sponsatione impuberum immisicit; ita ea, quæ in prioribus quatuor numeris de signis sponsaliorum de futuris posuit, recte se habent, & si abstrahas a pacis nostris von Erhaltung des Ja-Worts, nullum fere habent dubium; at in casu talium pactorum Doctores circa applicationem eorum criteriorum non omnino convenient.

(w) Quod patet iterum ex definitione horum pactorum expressa.



dicta, in quibus fides conjugalis mutuo promitti solet (x)

§. XI.

*Dissentientes
nisi doctrinis
Canonistarum
evidenter fal-
sis.*

Quod vero Doctoribus etiam Protestantibus hæc evidentissimæ veritatis assertio haec tenus saepe non placuerit, nulla alia reddi potest ratio, quam quod decipi se passi sint per doctrinas Canonistarum, et si aperte falsas, in dubio præsumendum esse pro negotio magis perfecto, (y) aut, in dubio præsumendum esse pro matrimonio, tanquam re maxime favorabili, (z) et si cuilibet

mo-

(x) Nam promissio fidei conjugalis facti est; facta autem non præsumuntur, nisi ex conjecturis secundum naturam rerum moralium, evidentibus; Quæ igitur ratio cogeret vel saltem suaderet, in dubio, id est, deficientibus talibus conjecturis, præsumendum esse, sponsalia vera esse celebrata a partibus; Ita quis homo sanæ mentis præsumeret in tali dubio, emtionem venditionem esse celebratam, si partes de pretio & mercede nondum convenerint?

(y) Quam rationem ex Canonistis allegat MAGNIE. ACAD. PRO-
RECTOR in *Dissert. de natura sponsaliorum & divisione c.*
2. §. 9. n. 23. Eam vero rationem esse falsissimam ad occultum patet, cum negotia omnia humana actiones requirant, per quas voluntas declaratur, quæ cum facti sint, non præsumuntur. Nec obstat regula communis, quæ etiam in hoc negotio quandoque afferri solet, quod in dubio præsumendum sit, ut actus valeat, quam ut non valeat; hæc enim regula vera est, quatenus queritur de efficiencia negotii, de cuius existenti jam constat, non vero eadem regula agit de præsumendo ipso negotio.

(z) *Cap. ult. X. de sentent. & re judic.* Quæ enim ratio homini, qui vel micam sanæ mentis possidet, persuadere poterit favorem matrimonii (qui in se quidem non plane

ne-

SPONSALIORUM.

25

facile pateat, istam posteriorem assertionem nullo alio fundamento nisi, quam isto lubrico, & a protestantibus communiter rejecto, quo matrimonium sit sacramentum. (a)

§. XII.

Ex dictis autem simul patet, quid respondendum sit ad quæstionem: An ex annulorum datione & acceptione præsumenda sint sponsalia, an vero tractatus, de quibus agimus? Quamvis enim nonnulli pro priore sententia soleant allegare proverbium: *Ist die Jungfer beringenet/ so ist sie gnug bedingenet;* nullum tamen est dubium apud eos, qui ad naturam negotiorum respexerunt, posteriorem esse veriorem, (b)

§. XIII.

(negatur) tantum esse, ut propterea recedendum sit a communibus regulis, ex dictamine rectæ rationis haud dubie deducis, quales sunt, v.g. facta non præsumi, item intuitu d. cap. ult. in dubio prævalere sententiam pro reo latam &c.

(a) Non enim video ullam aliam, quæ pro excusandis aut defendendis illis falsissimis doctrinis Canonistarum afferri possit. Ut taceam, etiam si verum esset, quod matrimonium sit sacramentum, non tamen firmam erui inde posse illationem pro defendendis absurdis Canonistarum doctrinis, quarum in thesi fit mentio. Nam haud dubie hodienum Pontificii matrimonium pro Sacramento habent, & tamen in Concilio Tridentino sanctum est, omnia matrimonia pro clandestinis & adeo nullis habenda esse, quæ non sicut præsente Parochio, & aliis adhibitis solemnitatibus confuetis. vid. Gonzalez Tellez in *Comment.* ad Cap. n. X. de præsumt.

(b) Vid. Petr. Mulierus *de annulo pronubo* lib. 4. n. 3. seq.

D

p. 280

§. XIII.

Effectus pactorum nostrorum quod attinet, ex ha-
bitus pactorum nostrorum, li-
bertas paenitendi, sine ex-
positione rationis.

Effectus pactorum nostrorum quod attinet, ex habitu demonstrata hypothesi, quod eadem sint meritato tractatus, sua sponte sequitur: partem utramque sive mutuo consensu, sive etiam unam, altera parte invita, a tractatibus istis recedere posse, in tantum, ut abstrahendo a legibus civilibus, ne quidem rationem abruptorum tractatum dicere teneatur, tantum abest, ut illa ratio examini judiciali, an sit sufficiens, sit subjicenda. (c)

§. XIV.

Quid juris in-
vinit arrha-
rum datarum.

Quod si tamen hinc inde arrharum loco aliquid datum fuerit, distinguendum erit; Aut enim rumpuntur tractatus utriusque consensu, & tum æquum est, nisi partibus aliud placuerit, ut utrinque arrhæ datæ restituantur. Aut una rumpit tractatus altera invita; Tunc æquum est, ut pars renuncians arrhas acceptas reddat & datas perdat, quia hæc videtur fuisse tacita intentio arrharum datarum in hoc negotio. (d)

§. XV.

p. 28. Et ib. 30. n. 16. seq. p. 67. Conf. supra dicta ad §. VII.
lit. f.

(c) Si forte prolixam probationem hujus theses a me explices, tua culpa, non mea est, quod hic non sum prolixior. Ea enim est natura omnium tractatum in quibuslibet conventionibus, ut effectus in thesi memoratus exinde sequatur. Adeoque ego quidem nullam rationem dubitandi reprehendere potui, quæ in hominem, ratione sua tanquam sacrosancto Dei dono utentem, cadere possit. Quod si tamen tibi alia omnia veriora esse videantur, mox dicenda fontem præjudicij hujus aperient.

(d) Nolo equidem in probatione hujus theses provocare ad
pr.

SPONSALIORUM.

27

§. XV.

Fluit etiam ex dictis, quod secundum principia ju- Rampentes
tractatus
sponsalitios
nulli penae
civili sibi
cent.
ris gentium, & abstrahendo a legibus civilibus sponsus
vel sponsa rumpentes tractatus, & arrhas sibi mutuo
remitentes nullam poenam mereantur, quia nihil poena
dignum commiserunt, jure suo ex natura tractatum
proveniente, utentes.

§. XVI.

Cum tamen matrimonium sit tale negotium, cu-
jus intuitu interest reipublicæ, ut omnia ordine ac de-
center fiant, & præterea nimia licentia recedendi a pa-
ctis de futuris sponsalibus multis abusibus ansam dare

D 2

pos-

Nisi legibus
civilibus an-
teca aliud can-
stitutum sit ob
ordinem &
decorum in
causis maria-
monialibus
observan-
dum.

*pr. Inslit. de emt. vendit. & alios iextus parallelos iuris
civilis, quia. Dn. Præses in peculiari Dissertatione de
Arrbis emtionum jamtum probavit, arrhas emtionum
dari saltem in signum emtionis perfectæ, non vero in
tractatibus de contrahenda emtione. At alter se res ha-
bet in pactis de futuris sponsalibus. Unde hoc intuitu
differentia est inter nuprias & emtionem. Interim que
in thesi positasunt, fluunt ex natura negotii ipsius & sunt
iuris gentium, subnixa regula vulgari: Quod nemo debe-
at locupletari cum alterius damno, & illo fundamento,
quod apud Romanos in conventionibus de meo & tuo
peperit condicitionem causa data causa non secuta, nisi
quod Romani hanc actionem darent etiam ei, qui ipse al-
tero invito a pacto contractum innominatum præcedente
recedere volebat. Unde forte ad easum nostrum aptior
esset Romanorum condicitione sine causa. Quanquam in
Germania, ubi regulariter recepta est imploratio officii
judicis, non opus sit, ut hic solliciti simus de nomine Ro-
mano actionis, qua arrhæ in materia pacti de futuris spon-
salibus reperendæ sunt.*

(e) v.g.



possit, (e) non repugnat etiam iuri Gentium, si leges Civiles præcipiant, ut partes, a talibus pactis recedere volentes, causas suas coram judiciis Ecclesiasticis explicant, (f) aut etiam, ut tum arrhas perdant, & iudicibus Ecclesiasticis eæ cedant. (g)

S. XVII.

*Sponsus dñ-
rantibus tra-
statibus spon-
sam stuprants
ad eam dñ-
ex illa ratione, quod tunc per concubitum videatur spon-
soram nuptias
cogitur.*

Denique si sponsus pendentibus hisce tractatibus sponsam carnaliter cognoverit, æquum est, ut ad consummandas nuptias etiam invitus adigatur, non quidem aliquem licito potius, quam illico actu usum fuisse (i) sed

(e) v.g. ut juvenes vana spe laetent incautas virgines vel viduas & familiari conversatione cum ipsis, mediantibus eiusmodi pactis, impetrata, postea vero rumpentes pacta illa, damnum aliquod famæ sponsarum inferant.

(f) Ubi tamen opera danda, ut ultra admonitiones de continuandis aut perficiendis sponsalibus a coactione abstineant iudices, nec falsæ illi, & supra §. 9. 10. n. reiectæ regule, quod in dubio pro matrimonio si pronunciandum, initantur. Quod si autem fraus partis, hæc pacta rumpentis, evidenter aut valde vero similiter ex actis appareat, poterit etiam, ex dictis in thesi rationibus, ea pro viribus patrimonii sui in mulctam pecuniariam vel parti alteri, vel iudicio solvendam condemnari.

(g) Quodsi enim lex talis adsit, non habent, de quo conquantur partes, qui arrhas eiusmodi datas perdunt, cum leges hec præsupposita censeantur in ipsis pactis se huic eveniui scienter & volentes subjecisse.

(h) Nam etiam abstrahendo a iure civili, consensus, non concubitus facit nuptias vel sponsalia.

(i) Quamvis hac ratione in simili casu utatur Mullerus de an-

nulo

sed potius, quia principiis iuris gentium convenit, ut stuprator honestam fœminam eam aut ducat, aut doter.
(k).

§. XIIIX.

Jam paucis videndum, qua ratione factum sit, ut *Origo pœni-
tentiæ traditæ
tibus sponsa-
torum in fo-
ris nostris ad-
emta.*
communiter in Consistoriis protestantium adhuc hodie personis, quæ pacta de futuris sponsalibus inierunt, non solum libertas recedendi pro lubitu a tractatibus fit, sed etiam per præcepta pœnalia soleant eadem adigi ad consummandum matrimonium.

D 3

§. XIX.

nulo pronubo *tb. 30. in fin. argumento L. merito 51. pr.
pro facio,* quod tamen hic plane non quadrat: in dicta lege enim factum ipsum erat dubiae intentionis; & agens provocabat ad intentionem non vitiosam. At in casu nostro factum ipsum stupri & illicitum, & præterea stuprator ipse prætendit se animo stuprandi non ducendi concubuisse.

(k) Jure divino stuprator stuprata & ducere & dotare tenebatur: *Exod. XXII. v. 16. 17. Deuteronom. XXII. vers. 28. 29.* quamvis Rabbini disjunctive eam legem explicare soleant. *Selden. de uxori. Ebraica I. i. c. 16. Conf. Cleric. ad diabolico loco Exod. & Deuteronom. Aliarum gentium mores parallelos nota Henricus Gisebertus in Deuteronomio ad hoc c. 22. n. 617. seg. Adde cap. 1. & 2. X. de Adult. & Stupro.* Et si igitur mores communiter in stupro secundum ius canonicum stupratori disjunctive, aut ut ducat, aut ut dolo ret stuprata, injungere soleant, putarem tamen in casu, ubi sub specie fraudulenta tractatum de sponsalibus sponsus sponsam stupravit, deteriorem hic eius reddi conditionem, ut electione ademta simpliciter eam ducere tenetur. Et notabile est, quod jure Mosaico, quo tamen permissi erant divorcia, stuprator stuprata perpetuo retinere juberetur, *d. vers. 29. Deuter. XXII. Adde cap. 15. X. de sponsal.*

§. XIX.

*Non perenda
ex Iure Iusti-
niane.* Equidem si ius Iustinianum respicias, inde origo illa deduci nequit, cum hoc iure licuerit utriusque parti renunciare ipsis sponsalibus, etiam sine expositione justæ causæ. (l)

§. XX.

*Neque ex ipso
iure canonico,
quatenus pa-
nitentiam in
sponsalibus de
futuro per-
mittit.* Et quamvis in causis matrimonialibus jam ante reformationem, ut in genere in aliis negotiis, ius canonum fuerit receptum, neque tamen ex principiis humeralibus ius juris ille rigor Confessoriorum nostrorum potest derivari, cum iure canonico liceat non solum mutuo disensu solvere sponsalia de futuro, (m) sed & per unius dissensum ea rescindere licuerit, ita ut ultra admonitionem nulla coactio adhiberi debeat, (n) nisi quod in spe-

(l) *I. 6. & 10. de sponsal. l. 2. §. pen. & ult. de Divort. L. 1. C. de sponsal. L. 2. in fin. C. de Repudiis. N. O. L. 1. in fin. de hā, qui not. infam. L. 2. C. de sponsal. L. 2. C. de repud. Conf. Wilsenb. ad d. l. 1. C. de sponsal. p. 3.*

(m) *Si quid de matrimonio contrahendo pure, & sine omni conditione fidem dederunt, monendi sunt, & mediis omnibus inducendi, ut præstiam fidem observent; Si autem se ad invicem admittere noluerint, ne forte deterius inde contingat, ut talē sc. ducat, quam odio habet, videtur, quod ad instar eorum, qui societatem interpositione fidei contrahunt, & postea eazdem sibi remittunt, hoc posse in patientia tolerari. cap. 2. X. de sponsal. Quod frigitur hoc licuit in sponsalibus de futuro juris canonici, etiamsi fides pure data sit de matrimonio contrahendo: Cur non idem liceat multo magis in sponsalibus protestantium de futuro (vide supra §. 8. lit. L.) ubi ne quidem fides data est de matrimonio contrahendo.*

(n) *Requisivit a nobis tua facernitas, qua censura mulier compelli*

SPONSALIORUM.

31

speciali casu pœnitentia ecclesiastica imponi jubeatur
pœnitenti. (o)

S. XXI.

Verum uti canonictum jus æque suas antinomias & contractiones (p) habet, ac jus civile, (q) ita etiam in hac materia Papa Alexander III. jussit, eos, qui talia sponsalia de futuro jurato contraxerint, censura ecclesiastica (r) esse compellendos ad matrimonium consummandum, id est, excommunicatione & interdicto totius terræ, quæ ipsorum jurisdictioni est subjecta. (s) Conci-

*Sed idem te-
men per ex-
communica-
tionem & in-
terdictum ali-
bi iubet. Non
sunt & non
sunt esse co-
gendos ad
consummatio-
nem matri-
monii.*

pelli debeat, quæ juris iurandi religione neglegta nubere renuit, cui se nupturam interposito juramento firmavit. Ad quod respondeo, quod cum libera debeant esse matrimonia, monenda est potius, quam cogenda, cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere. c. 17. eod. Sed in pactis nostris de sponsalibus futuris, ne quidem promissio, tantum abeat, ut juramentum intercesserit.

- (o) Scilicet vel ob duplicitia sponsalia contracta, vel ob violationem juramenti. arg. cap. 22. eod.
- (p) Quarum specimen peculiare collegit Wissenbachius, quod editioni novissimæ juris canonici Arnoldi Corvini adjectit Beatus Strykius, quamvis præsens contradicatio ibi non appareat.
- (q) De antinomis juris civilis vide Dn. Præsid. in præfat. ad Libr. Navorum Jurispr. Antejuſt. n. 8. & in delin. bift. Jur. Rom. & German. §. 48 & 49.
- (r) Cap. ex litteris 10. X. de sponsal.
- (s) Erū enim hujus excommunicationis & interdicti nulla fiat mentio in d. cap. 10. prout extat in vulgaribus editionibus juris canonici, etiam in novissima fratrum Pithoeorum, supplevit tamen verba finalia d. cap. in quibus de excommunicatione & interdicto serio statuit Pontifex, Gonzalez Tellez in Comment. ad Jus Canon. d. c. 10.

liationes enim vulgares cum capitulis modo memoratis
Innocentii III. & Lucii III. (t) contradictionem seu anti-
nomiam non tollunt. (u)

§. XXII.

Rationes peculiaries Lutheranorum.
Peculiares vero haud dubie fuere rationes, cur Consistoria protestantium & in primis Lutherana pœnitentiæ libertatem in pactis de futuris sponsalibus partibus relinquere noluerint, quæ etsi videantur peculiarem dissertationem requirere, tentabimus tamen, annon hic præcipuas summatim indicare valeamus.

§. XXIII.

(x) Autoritas Lutheri pucta Prima quidem inde petenda videtur, quod Lutherus absque ratione sufficiente (vv) plane rejecerit distin-

- (t) Quorum sunt d. cap. 2. & 12. eod. ad §. præced. descripta.
 (u) Valde liborat Tellez in Comment. ad d. cap. 2. in conciliando capitulo 10. cum d. cap. 2. & 17. sed frustra. Ipse enim rejicit distinctionem aliorum inter sponsalia jurata & non jurata, quasi ad priora consummanda sint cogendæ partes, & non ad posteriora. Et recte. vid. not. lit. n. ad §. præc. Sed & distinctiones, quas ipse afferit, contradictionem non tollunt: Non prima, quasi cap. 10. loquatur de coactione, si sponsus & sponsa non habeant justam recusandi causam, caputum vero 17. loquatur de iusta recusandi causa. Num posterius fallo asseritur, ut ex toto contextu d. c. 17. apparet. Non secunda, quasi d. cap. 2. & 17. jubeat saltem, prius esse admonendos contrahentes, postea vero esse cogendos. Nam hæc conciliatio eodem modo torquet d. cap. 17. ut si ipsum non sit clamaturum, verendum tamen sit jure optimo maximo, ne lapides clament.

- (vv) Vide jam supra excerpta ex Chemnitio ad §. 8. lit. q. Conf. Wissenb. ad l. 2. C. de sponsal. p. 2. in fin; Verbis: Hæc igitur sponsalorum de futuro & de praesenti di-

Etionem inter sponsalia de futuro & de præsenti, & solum sponsalia de futuro, quæ cum nostris pactis vel con-^{nostra sola}
veniunt, vel certe affinitatem habent (x) pro veris spon-^{pro veris spon-}
salibus habuerit, sponsalia vero de præsenti rejec-^{sponsalibus habentis.}
(y)

§. XXIV.

Cum vero Lutheri magna autoritas esset in Colle-
giis Theologicis, ejus hanc hypothesin secuti professo-<sup>(2) Usualis
res Wittebergenses tractatus sponsalios restrinxerunt
ad eum casum, ubi vel deficeret nutus sponsæ vel paren-^{restrictio tra-}
tum, illa vero pæcta de futuris sponsalibus, ubi paren-<sup>ctuum ad
pacta, ubi
consensus vel
parentum,</sup>
tum & sponsæ consensus simul adest, pro veris spon-<sup>pacta, ubi
consensus vel
parentum,
vel sponsæ
non adiuit.</sup>
salibus, pœnitentiam respuentibus, habuerunt, imo dicto</sup>

Chri-

vicio decretalistica, Luther & Hotomanno improbata, qui
usu invaluit, non videtur omnino contempnenda.

(x) Per dicta superius. §. 8.

(y) Vide Lutheri Bedencken von Ehe-Verlöbnuß Tom. 3. Jen-
ensis. Germ. fol. 435. relatrum etiam in Consil. Witteberg.
part. 4. p. 24. seq. in verbis: Aber dis ist ein lächerlicher
Posß, daß verba de futuro, wie sie es nennen, nicht binden
sollen. Dann weiß doch ganz Deutschland wohl, daß unse-
re Sprache gegenwärtig Gemüth und Verheissung mit diesen
Worten aussprechen, wann wir also sagen: Ich will dich
haben, ich will dich nehmen &c. Item: Aber verbum de
præsenti das gegenwärtige Wort; Do, accipio, daß ist, ich
gieb, ich nimm, ist mehr die wirkliche und persönliche Über-
antwortung, und gehöret zu den öffentlichen Verlöbnüß, und
Zusammegeben, welche wirkliche und persönliche Über-
antwortung ja von niemand, dann von den unverständigen
und unerfahrenen Wäschern mag ein Verlöbnuß genennet
werden.

E

(z) Pertit-

Christi eam in rem abusi sunt, quæ Deus coniunxit, homo ne separet. (z)

§. XXV.

(z) Pertinet hoc in iisd. Consil. Theol. Witteberg. Part. IV.
tit. 2. Consil. i. von recht bindlichen Verlobnissen f. 26. seq.
Item fol. 31. von einem Ehe-Verlobniss, ohne der Eltern
consens, & responsum lequens in eadem causa fol. 32.
Item fol. 42. Ob bloße Vertröstungen, ic & fol. 43. Ob
Verlobniss, ic, quæ referunt tales tractatus, ubi defectus in
thesi memoratus deprehenditur. Sed responsa sequen-
tia in pactis des Ja-Worts, sub prætextu sponsaliorum
veram pœnitentiam non admittunt. Scilicet p. 34.
Ob die Mutter der Tochter Verlobniss, welche sie zuvor mit
Stillschweigen bewilliget, wieder entziehen könne. Item ad-
huc clarius in responsa fol. 36. sentenz; Das nach den che-
lichen Zusagen, auch empfangenen arrbis die Ehe nicht kön-
ne getrennet werden; ubi inter alia notentur verba; Wann
er das Ja-Wort von Vater und Mutter erhalten
würde. Et p. 37. 38. Sub rubrica; Ob die Ehe-Verbin-
dung, welche mit consens der Contrahenten, mit beyderseits
Eltern, in Anwesenheit anderer Freunde geschehen, wegen
entstandenen Unwillens könne legitime dissolvret werden;
Ubi notentur potissimum verba; Denn welch Ehe-Gelöb-
niss mit den Contrahenten und beyderseits Consens in
Beyseyn glaubwürdiger Zeugen einmahl ergangen ist,
das hat GOTT zusammen gesügget ic. Item: Nach
gegebenen erweislichen Ja-Wort sind solche Einre-
den unerheblich ic. Hoc pertinent etiam verba quedam
ex consilio fol. 45. Ob Verlobniss, welche ob spem futu-
ri matrimonii iniuri werden, kräftig; Etsi enim casus ibi
memoratus referatur ad tractatus, quia sponsa non sim-
pliciter, sed conditionate annuit; Wann es also versehen
und ihrer Mutter Wille wäre; notanda tamen sunt verba,
auch der Gesell sich mit der Jungfrauen in freundlich Ge-
spräch

§. XXV.

Quamvis autem ex his & aliis forte rationibus in-
valuerit usus in Consistoriis protestantium ; ut partibus *Ad nostrorum
tamen senten-
tiam inclinat
Chemnitios.*
alia paáa celebrantibus, adimatur potestas poenitendi
tam & Theologi & JCti adduci possunt, qui a nostris
stent partibus. Ita B. Chemnitius potestatem poeni-
di indulget partibus. (a)

E 2

§. XXVI.

sprach eingelassen, mit Verheissung, daß er sie zur L-
he begehre. Ubi contra naturam negotii declaratio de-
siderii ex parte sponsi die Anwerbung appellatur promis-
sio eine Verheissung. Si igitur sponsa simpliciter annuis-
set, aut desiderium suum similiter absque conditione, mit
dem Ja-Wort, declarasset, habitum pariter fuisset pro re-
promotione contra naturam pactorum supra §. 7. expoli-
tam.

- (a) Ita enim sit post illa, quae jam supra ex ipso *ad §. 8. lit. q.
& §. 9. lit. u.* excerptimus: *Quando igitur confiat, spon-
salia aliqua esse de futura, certum est, talia non inducere
efficacem obligationem, aut nexus indissolubilem in sexto
præcepto.* Ratio est evidens, quia ipse docuerat nobis-
cum supra d. l. q. talia sponsalia esse tractatus de futuris
nuptiis. Unde facile iudicandum, quid sentiendum sit
de verbis ejus statim sequentibus: *Quia tamen de vio-
latione fidei agitur, quae præstanta est secundum octavum
præceptum, monenda sunt partes de peccato contra illud
præceptum.* Non ergo statim vel leviter sunt dissolven-
da; sed si non afferuntur graves & justæ cause mutatae vo-
luntatis, diligenter monenda & urgenda sunt partes, ut
quod promiserunt, impleant, præserint, quando juramen-
to firmata est promissio. *Quodsi magistratus hoc impe-
trare non potest, & timeatur infelix eventus, prudenter
discidiendum est, quomodo & quando talia sponsalia de fu-
ture*

§. XXVI.

Et Facultas Juridica Francofurtensis respondit, talia pacta esse meros tractatus, & ab iis partes recedere posse, etiam sine consensu & cognitione prævia Consistorii Ecclesiastici. (b)

§. XXVII.

turo vel ipso iure solvatur, vel sententia judicis dissolvi possint. Conscientiae tamen concio pænitentie acienda est, quia absque ejus lassione talia raro committi possunt. Nam (1) quomodo de violatione fidei hic agi potest, cum in sponsalibus de futuro, qui tractatus sunt, nulla fides data sit, quomodo jurato firmata esse potest promissio, quæ nulla adfuit, quomodo pænitentie concio conscientiae acut potest, aut doceri, quod absque lassione conscientiae partes a talibus tractatibus recedere non possint, cum ipse Chemnitius in præcedentibus concederet, talia sponsalia non inducere efficacem obligationem. Ergo dicendum est. (2) Chemnitium vel incante assertioni suæ veræ admisuisse doctrinas juris canonici (conf. dicta superius §. 11. & 20.) quæ cum ea conciliari non possunt; vel nimis circumspecte fratres in Facultatibus Theologicis & Consistoriis ad tales doctrinas adsuertos nimia contradictione sua no[n]uisse irritare. Id tamen notari simul metetur; quod (3) ex ipso iure Canonico Chemnitius mitiorem partem de monendis, non cogendis pacifcentibus præ parte rigidiore, de iis cogendis & excommunicandis (vid. §. 20. & 21.) elegerit, adque vel hoc modo a communī doctrina recesserit, & adeo nostræ propior factus fuerit.

(b) Vid. B. Strykium ad Brunnem. *jur. Eccles. lib. 2. cap. 16. §. 7. p. 188. seq.* Hoc, inquit, *tanum intelligentum, de sponsalibus de futuro proprio sic dictis, ubi se in futurum contrahere velle sponsalia sibi promittunt, vel ubi*

S. XXVII.

Pariter & Facultas Juridica in nostra Academia in
duobus casibus subjunctis judicavit & respondit, spon-

*Item Facul-
tas Juridica
Hallenſis.*

E 3

bi tractatus de sponsalibus tantum suscepit, ab his enim
altera parte iuvita resistire licet &c. etiam si arrbarum no-
mine in futuram fidem jam aliquid intervenerit. Re-
sponsum ipsum ita se habet: Habet ihr euch resolviret,
und erklärret, mit der Sempronia in ein Verlöbniß zu tre-
ten, derselben in Beyseyn eines ihres Anverwandten eure
Intention eröffnet, und Beredung deshalb mit ihr gepflo-
gen, darauf auch die gewöhnliche subarrbation geschehen;
Sempronia aber küss darnach ihren dissensum mit Wieder-
zurückgebung der arrhæ erklärret, dadurch Ihr bewogen wor-
den, dergleichen zu thun, absonderlich da man Euch hernach-
mals Ihrer nicht allerdings zulässlichen *conducere* und übelen
comportemens verständiget; überdem auch erfolget, daß Sie
des criminis infanticidii berüchtigter, und deshalb zur Haft
gebracht, endlich aber sich der Haft entlediget, und flüchtig
worden, dahero erstlich gefraget wird; Ob die zwischen Euch
und Sempronia geschehene Unterredung *pro sponsalibus*,
oder nur schlechter Dinges für *trahare* zu halten. Ob nun
wohl ein jedwedes Ehe-Verlöbniß, absonderlich *de jure Ca-
nonico pro sponsalibus de praesenti* gehalten wird, und ver-
bindlich ist, si contrahentes nisi fuerint verbis praesentis tem-
poris per cap. penult. X. de sponsal. Joach. a Beust. Tr. de
Sponsal. c. 8. weil aber dennoch i. in gegenwärtigen caſu der-
gleichen verba de praesenti nicht verhanden, sondern z. schlech-
terdings wegen des Ehe-Werks Unterredung geschehen, wel-
che Unterredung z. nicht *pro sponsalibus de praesenti*, sondern
pro sponsalibus de futuro und also 4. nur blosse trahare zu
halten. Martin. Chemnit in loco de conjugio cap. I. p. 517.
Als halten aus diesen Umständen wir dafür, daß durch sotha-
ne Unterredung zwischen Euch und der Sempronia der Ehe
wegen

DE PACTIS FUTURORUM

sam, cum qua saltem pacta de futuris sponsalibus erant inita, posse recedere ab istis, et si in primo casu (e) jam con-

wegen nichts, denn bloße Tractaten vorgelauffen, und daher für keine beständige Ehe-Gelöbniss zuachten. Auf eure andre Frage: wann es nemlich vor eine beständige Ehe-Gelöbniss zu halten wäre, ob nicht selbiges aus denen in dem Bericht und angeführten Ursachen zu annulliren, und Euch ohne Process und Ainhaltung bey dem Consillorio Ducali andern Orts zu verheyrathen vergönnet seye? erkennen wir vor Recht. Ob wohl sonst die Sponsalia in Rechten mutuo diffensu contrahentium nicht können dissolvirt werden. Joach. a B. & St. de sponsal. P. I. c. 38. Petr. Heig. p. 2. qu. 16. n. 4. seqq. Weil aber dennoch (1) solches zu verstehen de sponsalibus publicis & de praesenti, dergleichen sponsalia aber (2) zwischen Euch und der Sempronia nicht celebraret, und zwar (3) nicht de praesenti, wie aus ob angezogenen motiven erhellet, auch (4) nicht publica, indem nur ein Zeuge darbey gewesen ic. Nun ist aber (5) klar versehnen Rechtnens, quod in sponsalibus de futuro poenitere licet. cap. 2. X. de Sponsal. Paul. Cypr. de Sponsal. cap. 13. §. 12. &c. &c. Als halten wir bey solcher Bewandtniß dafür, daß dieses Ehe-Gelöbniss aus angeführten Ursachen ipso iure null und nichtig, und Euch ohne Process und Vorbewußt des geistlichen Consillorii eurer Gelegenheit nach anderweit zu verschlichen wohl zugelassensey. V. R. W.

(c) Ad Senatus Eistutensis deputatos ad causas matrimoniales Anno 1710. mense Augusto. Dafz wohl appelliret, und nunmehr zwar vor allen Dingen der Verlagtin beweglich zuzureden, daß Sie die Ehe mit H. N. W. vollenziehe; Its fall sie aber darzu nicht zu bereden, so ist sie zwar zu der Vollziehung nicht zu zwingen, jedoch Klägern die vollen Unkosten nach vorhergegangener deren liquidation und erfolgten Maßigung zu erstatten, und überdem 20. Thlr. Straffe zu erlegen schuldig. Res clarior erit ex subjunctis rationibus deciden- di.

condemnata fuisset ab aliis J Ctis, ut probaret, sponsum
ipsi

di. Obwohl fol. 4. b. in einen Bescheide der Beklagtin auferlegt worden, daß Sie bescheinigen solle, wie Kläger Ihr *ad capitalem inimicitiam* genugsame Ursache gegeben, und auf die von Sie geführte, und per sententiam, *qua in rem iudicatam transiit*, auferlegte Bescheinigung fol. 24. erkannt, daß Sie dasjenige, so ihr zu bescheinigen obgelegen, nicht bescheiniget, dieselbe in *instancia appellantio* so viel nicht ausgeführt, daß Sie solche *cansam sufficientem ad inimicitiam capitalem* gehabt habe, und es dahero das Ansehen gewinnet, daß es bey dem Bescheide erster instanz zulassen; weil aber dennoch beyde sententiae, als ob hier *publica sponsalia* vorgegangen, *præsupponiret*; Dieses aber gar nicht erwiesen, und aus denen acten vielmehr erhellet, daß dasjenige, was zwischen Klägern und Beklagtin vorgegangen, in terminis eines bloßen Ja-Worts verblieben, und *pro sponsalibus de præsenti* nicht zuachten; hiernechst wann auch dergleichen verhanden, solche jedoch *obodium superveniens* wohl dissolviret werden können, und nicht allezeit von nöthen, daß eine *Capitalis inimicitia*, und dieselbe *ex justis causis* entstanden, sondern genug, daß eine solche Wiedrigkeit in Gemüthe, daß keine gute Ehe zuvermuthen, in welchen Fall, da keine Versöhnung zu hoffen, lieber die *sponsalia* zu dissolvieren, als mit äußerlichen Zwang die Partheyen zu Priesterlicher Copulation zunöthigen. *Cum enim libera debeant esse matrimonia, monendi sunt potius, quam cogendi, cum coadiiones difficiles soleant exitus frequenter habere.* Cap. Requisitiv. 17. X. de Sponsal. odd. cap. 2. X. eod. tit. und in solchen Fall der Theil, der Ursach dazu gegeben, nicht nur dem Gegenteil das Interesse zu erstatten, sondern auch eine Straffe zuerlegen nicht unbillig angehalten wird. B. Stryk. de diffens. Sponsaliis. Sect. 2. §. 26. sq. So seynd wir dahero bescheiner massen zu erkennen bewogen worden, Etsi vero in his rationibus causa, cur viro re-

ipso sufficientem causam ad capitalem inimicitiam dedisse; in altero vero casu (d) aliae circumstantiae insuper ac

recedens in poenam condemnata fuerit, ex hypothesi de sponsalibus contractis deducta fuerit, tamen eandem sententiae partem etiam ex hypothesi de pactis super futuris sponsalibus deduci posse patet ex dictis supra §. 16.

- (d) In Responso eodem anno 1710, mense Novembr. Hat Jacob K. ein lediger Gesell Sybillen F. so erst 14. Jahr gewesen, und keine Eltern mehr, sondern einen Stieff-Vater, und wegen ihres Väterlichen und Mütterlichen Erbes zwey Bormünder gehabt, zu heyrathen ersucht, hat aber weder der Stieff-Vater, noch der eine Bormund in solche Heyrath willigen wollen, weil die F. noch sehr jung, und keine Haushaltung führen könne. Ist darauf K. mit einem Beystande zum Stieff-Vater, welcher eben in grossen Schmerzen darnieder gelegen, gegangen, und hat durch vieles vorstellen gegen Mitternacht bey etlichen Krügen Bier es endlich dahin gebracht, daß der Stieff-Vater darein gewilligt, und das Hand-Gelöbniß unter Ihnen beyden geschehen, welches auch die F. gegen den Pfarrer, als er sie hernach deshalb befragte, gestanden; will aber die F. solche Ehe nicht vollziehen, und beziehen sich die uns von denselben proponirten 9. Fragen insgesamt auf folgende Haupt-Frage: Ob die bisher erzählte Umstände pro sponsalibus publicis zu halten, und dahero die F. verbunden, solche durch Priesterliche copulation zu vollziehen. Ob nun wohl in denen Rechten eines Stieff-Vaters und der Bormunder Consens ad nupias filiae, que sui juris est, nicht erfodert wird, wo solches an einem Ort in specie (wie von denen Statutis Hamburgensis ausdrücklich versehen) nicht hergebracht, hiernächst zu einen öffentlichen Verlobniß mehr nicht, als zwey Zeugen erfodert werden, welche sie hier eben gefunden, indem K. sein Beystand, und der Stieff-Vater dabei gewesen; überdem auch die F. solches herz

accessissent, quæ sponsum doli & fraudis adhibitæ suspectum redderent.

hernach gegen den Priester gestanden, und dahero auch durch solche ex post facto ratihabaret, und es also das Ansehen gewinnet, daß die sponsalia pro publica & validis wohl zu achten, folglich die F mit K durch Priesterliche copulation solle zu vollziehen verbunden; Weil aber dennoch solche Umstände sich bey diesen sponsalibus finden, welche die Sache sehr verdächtig machen, indem K den Sief-Vater da er an grössten Schmerzen frant, durch continuallche sollicitation genöthigt, seinen consens darin zugeben, auch dessen Ehefrau aussaget, daß ihn K bedrohet, wo er nicht darein willigen wolte, daß er davon Ungelegenheit haben würde, dazu solches umb Mitternacht und gegen 12. Uhr geschehen; als zu welcher Zeit keine sponsalia publica pflegen geschlossen zu werden, die F auch anfangs gar nicht darein willigen wollen, und nach der Aussage des Sief-Vaters Ehefrauen kein Wort darzu gesprochen, und also vermutlich aus Furcht die Hand hingegeben, der Prediger auch, welcher von K selbst als Zeuge produciret worden, nicht sagen kann, daß sich die F zu einer öffentlichen Ehe-Besprechung bekennen, sondern nur K habe ihr auf dem Wege Geld auf die Ehe gegeben, daß es dahero nicht anders, als vor eine heimliche, und Winckel-Verlobung oder aufs höchste vor ein Ja-Wort, (welches mit denen zumahl öffentlichen Verlobnüssen keines weges zu confundiren) zu achten; überdem aus allen Umständen starke Vermuthung einer zukünftigen recht unglücklichen Ehe entstehet, indem K sich verlauten lassen, daß er sie nicht groß achten, und sie bey künftiger Ehe vor Schlägen nicht gesichert seyn solle; So erscheinet hieraus allenthalben so viel, daß solche sponsalia pro publicis & validis keines weges zu halten, und dahero die F dieselbe mit K zu vollziehen nicht verbunden
B. N. W.

F I N I S.

E

COROL.

89 10 88

COROLLARIA.

I.

Liberi expositi pro illegitimis habendi non sunt.

II.

Conjugia in ultimo mortis articulo contracta, toleranda potius, quam approbanda.

III.

Mulierem nubentem marito impotenti a Consistorio separationem petere posse quotidiana edocemur experientia; Quod si tamen ad mortem usque sponte ipsi cohabitaverit, maxime inter Doctores controvertitur: an portio statutaria ipsi debeatur nec ne? Et quamvis pro affirmativa Scabinos Lipsienses pronunciasse referat Carpzovius *P.3. C.19. d.5.* negativam tamen cum Berlichio & Beufstio merito defendimus.

IV. Do-

IV.

Donationem non dantis solum voluntate, sed & donatarii acceptatione vel reali vel verbali perfici, tam naturali quam civili ratione conforme est, in tantum, ut, quamuis donator rem alteri donandam offerat, nisi tamen & donatarii vel verbalis vel realis acceptatio accesserit, iuri offerentis in rem oblatam nihil decidere, sed potius donatorem rem oblatam ob deficientem donatarii acceptationem jure revocare posse, nullus dubitem.

V.

Cervus cicuratus & torque ornatus, si se in libertatem naturalem receperit, & ab alio in sylva captus fuerit, non cedit occupanti, sed priori domino est restituendus.

VI.

Thesaurum de jure civili ad res potius accessionis, quam nullius pertinuisse putamus. Ho-

F 2

dje

die autem eiusmodi disputatio plane est inutilis.

VII.

Princeps ex nullo contraetu cum subditis initio obligatur civiliter, sed tantum naturaliter.

VIII.

Poena perduellionis, quabonis, fama & patria filios perduellium privari dicunt, gravis quidem est, non tamen iusta.

IX.

Principem non in omnia delicta inquirere debere, saepius regulæ prudentiæ suadent, maxime si ea tranquillitatem publicam directo non laedunt, aut delicta sint adhuc occulta.

F I N I S.

VIR

VIR CONSULTISSIME, FAUTOR AMICISSIME.

 Onores accipis satis ma-
tuos. Quum enim illos
mature acciperes, cun-
ctatus es amplius decen-
nio. Ipse, ni fallor, auctor
tibi suas orque fui, ut, mora tandem ab-
iecta, capesseres laurum, quam indu-
stria tua, litterae, ingenii ac linguae
alacritas facilitasque dudum promeru-
erunt. Ex quo enim iura alios docuisti,
ex eo iure tibi succensi, a mitra docto-
ris tam diu alieno. Tandem ergo mutasti
consilium. Aut potius, quod suspicor, lo-
cum fecisti voluntati alienae patrono-
rum & amicorum. Ita est. Animus, quo
fit sagacior, eo facilius dubitationibus
irretitur, unde raro propriis viribus
emergit. Dubitando enim tempus teri-
tur trahiturque de die in diem. Et


con-

consilia, quae senescere incipiunt, tandem contabescunt, ut in uiam illa reduci oporteat ope aliena. Quidigitur? Egone gratuler tibi cunctationem, quam in te saepius notaui. Nec quicquam. Id gratulor, quod Catonis illud ad te pertineat quodammodo. Tum demum honores optimos esse, si homines quaesuerint, quare tam sero essent delati. Ceterum, quod disputationis argumentum, connubiale est. Sera autem matrimonia commendatissima olim Germanis. Quorum indicia tuis hic respondent. Voueo itaque, ut tum quoque lenta consilia tibi salubria sint & utroque nomine nobis audias felix cunctator.

Benevolentiae ergo scripta

J. P. LVDEWIG, Ict.

Regi in Curia a consiliis.



Ka 3755^a

ULB Halle
005 308 47X

3



SB

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres
Inches



DISSESSATIO INAUGURALIS
DE

PACTIS
FUTURORUM
SPONSALIORUM,

von

Ja. S. Bort,

quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WILHELMO

PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE BRANDENB. &c. &c.

Ex decreto & auctoritate illustris Jctorum ordinis
PRAESIDE,

DN. CHRISTIANO THOMASIO

POTENTISSIMI BORUSSIAE REGIS CONSILIARIO INTIMO,
UNIVERSITATIS FRIDERICIANAE DIRECTORE AC PROFESSORE
PRIMARIO, ET FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO,

PRO GRADU DOCTORALI,

Summisque in utroque jure honoribus, ac privilegiis more Majoru
legitime consequendis,

IN AUDITORIO MAIORI

ad D. 6. Jun. Anno MDCCXII. horis ante & pomeridianis,
publico Eruditorum Examini submittit,

JOHANNES EMANUEL Greiff,

SERVESTA-ANHALDINUS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

T. IOHANNIS GRUNEBERG.